



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Fortvnatvs Ep. 14. Octob.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

MANNŌ facturus id machinatur, ut innocentia sub proditoris nomine accuseretur. Capitur, carceri datur, torquetur, uritur, laceratur, damnatur & ex aridā arbore ipse flos juventutis suspenditur. Hic demū pro innocente crebra miracula perorant. Et integritatem animi sesquiannum sub dio pendens integrum corpusculum loquitur. Meruisse canos crescentes capilli & ungues restantur; clamat sanguis è vulnere nunquam non recens. ipsa, quam emortuam diximus, arbor in frondes suas reviviscens non debuisse mori COLMANNVM ait. Tot testibus tandem convicta Austria vertit sententiam, absolvit COLMANNVM, & se damnavit. Sed & hic tot honoribus post, quot suppliciis antè maceratus Austriam jam absolvit. Ex *Ditmaro, Stabio, & VV. Lazio.*

S. FORTVNATVS EP. 14. Octob.

FACILE orco imperat, quisquis peccato non servit. Inter testes longè plurimos etiam FORTVNATVM numero Tudertinum Episcopum, qui totas legiones demonum ex hominibus non semel unus fugavit. Sed nocuit, panè fugiendo orci satelles. Nempe pulsus sub noctem urbem obambulat hominis vultum mentitus, rem indignam clamat factam ab Episcopo
FOR-

FORTVNATO; peregrinum se hospiti-
 tio ab eo eiectionem, cuius munus esse
 etiam invitare verecundantem, quam
 nunc virtutem habitare sub tecto Pon-
 tificis cives crederent, unde hospitalitas
 exularet? Audiit hæc nescio quis, & non
 tam misericordiam motus quam invidia,
 quam facere FORTVNATO volebat,
 domo excipit cæli scilicet exulem. Sed
 malus hospes non minus malam sym-
 bolam reliquit, abiensque hospitis filio
 in ignes coniecto animam elisit. Tum
 denique infidam hospitalitatis tesse-
 ram pater damnavit. Sed quam coram
 FORTVNATO iuventus fuerit, audiit
 Gothus prædam agebat nobilem, ado-
 lescentes geminos. Pontifex cum nec
 precibus hos nec pretio redimere pos-
 set, malum vaticinatus est militi, quod
 illi equus dedit, cum lapsus coxam ses-
 foris fregit. Hoc malo multatus Go-
 thus ultro jam FORTVNATO pue-
 ros remisit; sed non gratis. Nam remis-
 sit Pont. sanitatem, ingens agro præ-
 tium. *Ex D. Gregorii Dialogis.*

S. DOMINICVS LORICATVS C.

14. Octobris.

Avdite, qui aras, calices, infulas vel
 à primis annis aris & ipse ad motus
 tandem sacerdotio initiatus est. Ve-
 rum quod eos honores nescio quo do-
 no